



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XIV. Quomodo Ariani amoto Gregorio, Georgium ejus loco substituerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Κεφ. ιδ'.

Ὅτι οἱ ἀρεινοὶ Γρηγόριον τῆς Ἀλεξανδρείας μίσησαν, γιῶργιον ἀνταπέσειλαν.

ΕΝ τῷ τῷ δ' ἐκ τοῦ ἀρεινοῦ Γρηγόριου ὡς μισέμενον, ἐν ταυτῷ ἡ καὶ διὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας ἐμπρησμόν, ἡ ὅτι ἦσαν τὴν αὐτῆς δόξαν σιωπρότεροι ἀντέπεμπον τῷ γιῶργιον, ὅς ἐκ καππαδοκίας μὴν ὠρμάτω δόξαν ἡ δεινῆ περὶ τὴν αὐτῆς ἰρησικίαν ἐπέκλιθη.

Κεφ. ιε'.

Ὅτι Ἀθανάσιος ἡ Παῦλος εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέβη, καὶ γράμμασιν ὀχυρωθέντες τῷ Ἐπισκόπῳ Ἰουλίῳ, κατέλαβον αὐτὸς τὰς ἰδίους θρόνους.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΣ ἡ ΠΑΥΛΟΣ ὁφείλοτε διαβῆναι πρὸς τὴν ἰταλίαν ὀξείως τῷ ἡ εἰσερχομένων τριῶν μερῶν κώσας ὀνεώτερος τῷ κωνσταντίνῳ παίδων μόνῳ ἐκράτει, κωνσταντίνῳ ἡ ἀδελφῶν αὐτῶν ἰσοδύνατον ἀναρθεῖν, καθὰ ἡ ἡδη φησὶ καὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ αὐτὸ ἡ Παῦλος ὁ τῷ κωνσταντίνῳ πόλεως, ἡ ἀσκληπᾶς γάλακτος, ἡ μάρκελλος ἀγκυρας τῆς μικρᾶς γαλατίας, ἡ λέκιμος ἀδριανῶν πόλεως, ἀλλ' ἡ δι' ἄλλο καὶ ἰσχυρότερον τῶν ἐκκλησιῶν ἡ ἐλαβέντες, ἐν τῇ βασιλευσῆ Ῥώμῃ ἐνέειπον ἡ γινώσκουσιν ἐν τῷ Ἐπισκόπῳ Ῥώμης ἰουλίῳ τὰ καθ' ἑαυτῶν ὅτι, αἰτερονομία τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας ἐχέσης, παρρησιαστικῶς γράμμασιν ὀχυρωσεν αὐτῶν, ἡ τῷ τῷ ἀνατολίῳ δὲ προσέλλει, τὸν οἰκίον ἐκάσω τόπον ἀποδιδῶν, ἡ καθαπτόμεν τῷ περὶ τῶν καθελόντων αὐτῶν οἱ ἡ ἀναζεύξαντες ἐκ τῆς Ῥώμης καὶ τοῖς τύποις ἡ Ἐπισκόπος ἰουλίῳ παρρησιάζονται, τὰς τε αὐτῶν ἐκκλησίας καὶ ἀλαμβάνουσι, καὶ τὰς Ἐπισκόλους περὶ εἰς ἐγράφησαν διαπέμπον ὅτι ἡ δεξάμενοι, ἡ εἰς ἐποίησαν τὴν ἐπίπληξιν καὶ σύνοδον ἐν τῇ ἀντιοχείᾳ κηρύξαντες, σιωπρόντες ἐν αὐτῇ, γνώμη κοινῇ σφοδρότερον δι' Ἐπισκόπῳ ἀνείκαλξαι τῷ ἰουλίῳ, δηλώντες μὴ δεῖν κανονίζεσθαι παρ' αὐτῶν, εἰ βέλονται ἡ ἐλαυνεῖν πᾶσιν τῶν ἐκκλησιῶν μὴ ἡ γὰρ αὐτῶν ἀνιεπῆν, ὅτε ἀνάστον τῆς ἐκκλησίας ἡ λανθόντα μὴν οἱ τῆς εἰσᾶς Ἐπισκοπῶν τῷ Ἐπισκόπῳ Ῥώμης ἰουλίῳ διεπέμποντο ἐπειδὴ ἡ ἀθανάσιος εἰς τῷ Ἀλεξανδρείαν εἰσίνοντο, ὡθισμός τῶν

CAP. XIV.

Quomodo Ariani amoto Gregorio, Georgium ejus loco substituerunt.

Eodem tempore Ariani Gregorium ab Alexandrina sede removerunt, utpote omnibus invisum ob incendum Ecclesiae: simul etiam eò quòd ipsorum partes haud satis acriter tuebatur. Georgium vero in ejus locum miserunt, qui ex Cappadocia quidem erat oriundus: inter Ariani autem dogmatis sectatores praecipuus habebatur.

CAP. XV.

Quomodo Athanasius & Paulus Romam profecti, iterum proprias sedes recuperarunt, Iulio Romani Episcopi literis muniti.

Porro Athanasius post diuturnos labores, aegre tandem in Italiam pervenit. Interea in Occidentis partibus Constans, Constantini filiorum natus minimus, solus imperium administrabat, fratre ipsius Constantino, ut supra commemoravimus, à militibus interfecto. Eodem tempore Paulus quoque Constantinopolis Episcopus, Asclepas Gazæ, Marcellus Ancyrae, quæ urbs est minoris Galatiæ, Lucius denique Hadrianopolis; alius aliam ob causam accusati & Ecclesiis suis pulsi, in urbem regiam adventant. Ubi cum Iulio Romanae urbis Episcopo causam suam exposuissent, ille, quæ est Romanae Ecclesiae prerogativa, liberioribus literis eos communitos in Orientem remittit, singulis sedem suam restituens; simulque perstringens illos qui supradictos Episcopos temere deposuissent. Itaque illi Romam digressi, & Iulii Episcopi literis freti, suas quisque Ecclesias occuparunt, & epistolas ad eos quibus scriptæ fuerant miserunt. Verum hi acceptis Iulii literis, reprehensionem contumeliae loco duxere. Et convocata Antiochia Synodo in unum collecti, de communi omnium sententia conscriptis literis, Iulium vicissim acrius insultant; significantes non debere ab ipso discuti, si quos ipsi Ecclesiis suis expellere voluissent: neque enim se contradixisse, tunc cum Novatus Ecclesia ejectus est. Et hæc quidem Orientales Episcopi Iulio Romanae urbis Episcopo rescripserunt, Cæterum quoniam Athanasio Alexandriam ingrediente, tumultus extitit eo-

M ij